154

spiritualiter et ubique potencialiter repugnat sim-
plicitati totius iam elaborate disputacionis
et subtili inpulsu evidentissime ruunt.
Ubi enim alicubi et non ubique spiritualiter est
tunc circumscriptus et localis est. Et si localis
est tunc corpus est et si corpus est con-
cluditur non est deus. Amplius si deus
loco continetur tunc locus qui eum continet
maior et melior illo est. Maior quia
deum includit. Melior quia tam bonum
continet. Porro si in celo est spiritualiter et in
mundo potencialiter tunc aliud est eius
essencia aliud potencia. Et sequitur quod
hec potencia ei quasi accidentaliter evenit quod
superius ratione auctoritate repulit. Si autem dimi-
dius est in celo dimidius in mundo tunc
mutabilis comminatur qui de loco ad locum
movetur. Amplius si deus alibi est in
celo et non in mundo tunc ubi tamen aliquid
est ubi ipse est alibi enim nichil est ubi
enim deus non est ibi nichil est. Ubi non
per singula loca est divisus tunc constat
ex partibus. Et scitur quod sit passibilis qui
plura est divisibilis. Sed esse so-
lubilis. Omne enim ex partibus constans
constat quod dissolui potest. Ubi autem in
singulis locis est totus tunc tot sunt
tota quot loca. Omne enim quod in uno
loco totum includitur eius nulla pars in alio
loco esse comminatur et scitur quod deus loco
concludatur qui cuncta pugillo concludere
predicatur. Dicitur si deus per vices temporum mutatur
et hic uno hodie in alio cras in tercio
loco commoratur tunc temporalis est et aliquid
preteritum amisit qui futurus non habet sed
et cuncta accidencia iam incurrit. ¶
Solucio. ¶ Huius perplexe opinionis machi-
namenta funale dissoluunt huius parie-
tes inscimencia. Dei potencia nichil aliud
est quam eius essencia igitur deus non ali-
cubi deitate sed ubique essencialiter est.
Deus quippe inmensus. Locus autem spa-
cium quod quodlibet continet et occupat
corpus altitudine latitudine longitudine
mensuratum. Et quicquid est locale per anterius
et posterius per dextrum et sinistrum sur-
sum et deorsum circumscribitur. Deus qui nec

per tempus in celo nec per tempus in mundo nec alias
totus in celo aliquando totus in mundo nec
per singula loca divisus nec in singulis
dispertite totus sed extra omnem locum in se
quia per se ex omnibus omnem locum replens et
in se continens cuncta creata penetrans
universa per potestatem continuans ubique se in totus
et extra omnia totus quia nullo loco tenetur.
Sicut lumen lucerne in oculis omnium totum
spacium lucet et in se ipso totum manet
non a se ipso recedit ubi adpresens
preciat nec unum relinquit ubi aliis lu-
ceat. Sed potius singulis et omnibus
simul lucet totum et in se ipso manet totum
et a se non recedit sed cuncta in se
colligit. ¶ Dubius ¶ quomodo convenit. Cum
deus loco non includatur quomodo corpore totus
in virginis utero totus in celo predicatur cum
uterus virginis locus esse non dubitetur. ¶ Solucio. ¶
In celo fuit totus in patris essencia
ut iam dictum est sapiencia. In virginis utero totus
et unum totum in voce. Deus etiam inicio
et fine caret et ideo manet eternus
ideo nec ei fuit preteritum nec futurum re-
cipit sed ex omne tempus presens ei semper
ubique fuit unde et est quo concomitatur
quia eternitas eius omnia tempora disponens
nullo tempore variatur. Sed solis. Cum mach-
ina mundi multiplicibus appositionis corruit
quod nullum accidens in deum cadit. ¶
Audiuis ¶ huius machine ruina non mo-
lestet seniores sed adstragorem cuius potius
fautores applaudimus quia per huius casum
triplex celestis triplex introitu expectamus.
Sed cum hec machina sit destructa etiam
alia fiat quod tamen creata. Superius dictum
est quod deus solus sit immortalis solus
invisibilis cum angeli vel anime mor-
tales sunt aut deus angelus est in-
visibilis de quibus dicitur quod semper videat faciem
patris. ¶ Solucio ¶ Mutabilitas est quasi
mortalitas. Dicitur enim quod de preterito in futurum
in futurum movetur quasi preterito moritur. Deus
solus est immutabilis quia nihil preteriti ei
decedit nihil futuri ei accedit sed quicquid
est vel fuit vel erit totum sibi semper presens
adest. Et sicut non potest cogitari quod ali-
quod inicium habuit ita quod non potest cogitari

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_338/0315

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG